

Domini de Ror vij.  
 Ridaer j.  
 Puchaemaer j.  
 Voseho ij.  
 Irnfridus de Sautrenche iij.  
 Smüzel ij vineas.  
 Summa xxxviij vinee.

Notandum etiam quod dominus Arnoldus de Tirenstaein habet in feodo ab ecclesia vineam unam an dem Staeinporz et curtem Smuze-  
lonis que soluit xij denarios.

Item decimam de duabus curiis super Aehestaein, quas habuit Marquardus Vmbescheiden.

Nota, quod Hartmannus de Weselndorf habet dimidiam decimam in illo Achespach ubi sita est capella ad dies suos singulis annis pro dimidio talento.

Item de reliqua dimidia parte dantur ecclesie xxx<sup>a</sup> karrade lignorum, videlicet Statuarum, Rauen, Peistal et Stecken.

Cod. Ms. perg. Nr. XIV. fol. 187b, 188. Nr. 753, 754, 755.

7.

Anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxj<sup>o</sup> scriptus est census de Schoenhering et de Ascha.

XIII. In Schoenhering habemus unam chameralhub, que soluit unum talentum.

Item ad eandem hubam pertinet in Tunhaeim j curtis, que soluit duodecim denarios.

Item in Ascha j curtis, que soluit xij, et in Natiuitate domini pro festis iij<sup>or</sup> (den.).

Item Ainoed in der Chaempischen piunt que soluit v denarios.

Item tres pynfang et ortulum que habet Chunradus in der Gozzen.

Item ij pynfang, que habet Chunradus puer.

Item in der Noppenpeunt duo oed.

Item unam pirum.

Item iij<sup>or</sup> nuzpaum, retro Perthlodum.

Item Stereinna habet unum ortum qui soluit vj denarios.